

peragendis, testamentis condendis, aliisque maximi momenti negotiis expediendis, quia hic facillime homines scire poterant, talia absque periculo consilio peragi non posse. At in aliis causis, & casibus, ubi probabiliter non adeo opera Jurisconsultorum utendum judicamus, sane durum esset, si quod hodie indistincte ob ignorantiam juris, jure suo privandus esset." 46

Patet hinc, prudentem Judicem perpensis peculiaribus negotiis debere arbitrari, an hodie ignorantia juris nocere debeat necne.

De militibus nostri temporis quæri etiam solet, an datum sit ipsis jus ignorare prout datum erat de Jure Romano. Distinguit plures casus Trentacinq. *variar. reso-*

Patet hinc, prudentem Judicem perpensis peculiaribus negotiis debere arbitrari, an hodie ignorantia juris nocere debeat, necne.

Personæ de quibus A. loquitur *minores, famina, rustici*, necnon *militis* sunt. Quidquid sit dispositum Romanorum jure hac in materia, connivendum non est, impuberibus in carnis delictis, sicut in ceteris infra decimum, & dimidium annum ab ipsis perpetratis, ignorantiam juris haud præbet nocendum; (1) etsi in commissis imposterum usque ad pubertatis tempus, mitiori sint poena puniendi. (2) Rectus, justusque Judex in hujus impositione pro crimine, ex pubertate usque ad decimum septimum, arbitri erit; (3) quod militibus armata militie ob fidem favorem talis ignorantia non inferat præjudicium, juri est consentaneum, dum præcipue agitur de damno vitando, (4) exceptis casibus falsitatis, perduellionis, & aliis: (5) prout in antecedentibus in veris paganis observatur. (6) Ultimam hoc assertum super delictis præmeditabitur, nam ex eo quod sic per leges militibus indulgetur, ordinationes eorum sunt in mentem revocandæ: quia sunt multa militie crimina, quæ quamvis minus atrocia, efficiunt rigor discipline, ut puniantur capite, & nequit eis ignorantia juris naturalis excusationem præbere (7); & in paganis demonstratur, legum obligatione obstringi. (8)

In civilibus autem aliter se habet, siquidem nulli venit in dubium, minoribus usque ad vigesimum quintum ætatis annum, haud nocere ignorantiam: (9) ideo ante vigesimi & nonni impletum, indultum est eis restitutionis beneficium. dum tamen minoritatis simulque læsio plene sit justificata, (10) ita ut etiam adversus omnium lucrum sit eis, eorumvè hereditibus restitutio concedenda: (11) nec ea privabatur, etsi post factam ultimam substationem in suis bonis, alius plus offerens se præsentet. (12)

(1) *L. 21. tit. 1. p. 1.* Señaladas personas son las que se pueden excusar, é non escribir la pena que las leyes mandan: maguer non las entiendan, ni las sepan al tiempo que yerran haciendo contra ellas: eso mismo decimos del mozo que fuese menor de catorce años, ó la moza menor de doce: maguer probase fecho de luxuria, sol que non lo sopiese hacer. Estos tales excusados serian de la pena de las leyes, porque no han entendimiento: mas si por aventura fuesen menores de diez años é medio, é ficiessen algun otro yerro, asi como furto, ó homicidio, ó falsedad, ó otro mal fecho qualquier, serian excusados otrosi de las penas que las leyes mandan por mengua de edad, y de sentido. *L. 7. tit. 1. p. 7.* Mozo menor de catorce años non puede ser acusado de ningund yerro, quel pusieren, que oviese fecho en razon de luxuria: (2)

*Ead. ibi.* Pero si acacessese que este tal, otro yerro ficiese, ó matase, ó furtase, ó otro fecho semejante destes, é fuese mayor de diez años é medio, é menor de catorce, decimos que bien lo pueden ende acusar: é si qual yerro le fuere probado non le deben dar tan grand pena en el cuerpo, nin en el haber, como farian á otro que fuese de mayor edad, ante gela deben dar muy mas leve. Pero si fuese menor de diez años é medio, estonce non le pueden acusar de ningund yerro que ficiese: (3)

*L. 8. tit. 31. ejusd. ibi.* E si por aventura el que oviese errado fuese menor de diez años é medio non le deben dar ninguna pena. E si fuese mayor de esta edad, é menor de diez y siete años, debenle menguar la pena que darian á otros mayores por tal yerro: *Vid. add. hisp. in verb. Furtum, vers. De latronibus.*

*L. 1. tit. 1. p. 1. ibi.* Otrosi decimos, que los Caballeros que han á defender la tierra, é conquistar la de los enemigos de la Fé por las armas, deben ser excusados, por non entender las leyes: é esto seria, si perdiesen ó menoscabasen algo de lo suyo andando en juicio, ó por razon de posturas, ó de pleytos que oviesen fecho á daño de sí; ó porque oviesen perdido algo de lo suyo por razon de tiempo: *Ad rem 8. §. 29. tit. 30. p. 3.*

*L. ead. ibi.* Fuera ende si el Caballero ficiese traicion, ó falsedad, ó alvever:

*L. ead. in fin.* E eso mismo decimos de los aldeanos que labran la tierra, é moran en logares do no hay poblado, é de los pastores que andan con ganados en

*lut. lib. 2. resol. 1. num. 49.* & secundum eos declarat, quia ratione militis nostri hoc privilegio gaudere queant. Confer etiam Strzykius *loc. cit. §. 4.* ubi de militia provinciali ait: "Non æque omnia privilegia militum applicari possunt, quia tantum in subsidium constituitur provincia defendenda gratia, ut intra provinciam maneat, nec milites in illam læsi vacant ubique armis, sed agriculturam exercent. Quod si tamen imminente necessitate actu militare compellantur non deneganda ipsis erunt militum privilegia." Hactenus de ignorantia juris.

Quod vero concernit ignorantiam facti, ea si sit facti alieni, excusatur simpliciter; *leg. 3. Cod. de probat.* modo non sit nimis crassa, & affectata; *leg. 23. §.*

los montes, é en los yermos, é de las mugeres que morasen en tales logares como estos:

(7) *D. leg. ibi.* O yerro que otro ome debiese entender naturalmente que mal era:

(8) *L. 1. tit. 1. lib. 2. Recop.* La ley ama y enseña las cosas que son de Dios, y es fuente de enseñamiento, y maestra de derecho, y ordenamiento de buenas costumbres, y guiamiento del pueblo, y de su vida: y su efecto es mandar, vedar, punir, y castigar.

(9) *L. fin. tit. 19. p. 6.* Porque los bienes de las iglesias, é de los Reyes, é de los Concejos se pierden, ó se menoscaban por culpa de los que han á procurar, ó por engaño de los otros. E por ende fue establecido antiguamente que tales bienes hayan aquel privilegio, é aquella mejoría que han las cosas de los menores de veinte é cinco años: *L. 22. tit. 1. lib. 5. Recop.* Ni ningun menor que tenga tutor ó curador, sin licencia de los susodichos, no pueda comprar, ni tomar, ni sacar en fiado por sí, ni otros: y qualesquier contratos, fianzas, y seguridades, y mancomunidad, que sobre ello se ficiere, y ordenaren con qualesquier clausulas, y firmezas, en qualquier manera todo sea ninguno, y por virtud dellos non se pueda pedir en juicio, ni fuera dél en ningun tiempo cosa alguna:

(10) *L. 5. tit. 17. p. 6. ibi.* Otrosi, decimos que si al menor de veinte é cinco años fuese otorgado poder en testamento de otro, ó de otra manera de escoger alguna cosa que él fuese mandada, que si por aventura se engañase en la escogencia, cuidando tomar lo mejor, é non lo ficiere así, que puede pedir al Juez que le mande dexar aquella cosa por que tomó, é tomar la mejor: é el Juez debelo hacer: (*Vid. in. A pag. 87. vers. Etiam: iiii.*)

(11) *L. 8. ejusd. ibi.* E tal demanda como ésta puede hacer el menor en todo el tiempo, fasta que sea de edad cumplida de veinte é cinco años: é aun en quatro años despues deso: é non solamente puede el menor fazer demanda fasta este tiempo, mas aun sus herederos:

(12) *Cit. l. 5. ibi.* E aun decimos que si alguna cosa del menor de veinte y cinco años fuese metida en almoneda, é la comprase alguno, é despues deso viniese otro que dixese que daria mucho mas por ella: que puede pedir otrosi al Juez que torne aquella cosa, el que la habia sacado del almoneda, é que la dé al otro que dé mas por ella: é el Juez debelo hacer, si entendiere que es gran pro del mozo:

§. 1. *leg. 6. leg. 9. §. 2. ff. de jur. & fact. ignorant.* vel aliis á lege reprobata ob publicam utilitatem. Consule Donell. *Commentar. jur. civil. l. 1.* qui exemplis rem illustrat.

Difficilius vero ignorantia facti proprii excusatur, nisi 50 justa & probabilis afferatur causa propter memoriae humanæ imbecillitatem. Adi Hann. ad Wesembec. *leg. 2. tit. 26. num. 3.*

(Summatim hic aliquid peringere necessarium erit: quod in unum cum præcedenti redactum claritatem majorem aperiet.)

Sicut error consensui opponitur; *vid. art. 4. verb. Canonatus num. 16.* ita scientia adversatur ignorantia; neminem regulariter, cum sit juris, excusatur: neque ejus prætextu á pena liberatio obtinetur; in comprobationem vide *leg. 1. & 4. tit. 5. lib. 1. For. Reg. 15. & 20. tit. 1. par. 1. 3. tit. 4. lib. 1. Ord. Reg.*

Proprii, & alieni facti, si permultum temporis spatium fuerit transcursum, ignorantia præsumitur, eidemque est fides sub juramento adhibenda; *leg. 3. tit. 13. lib. 4. For. Reg. 5. tit. 9. part. 7.* De facto alieno vide etiam *22. & 41. tit. 6. part. 1. 14. tit. 29. part. 3.* E contra vero, neque ullus facta aliena scire tenetur, neque prudens quilibet factum proprium ignorare præsumitur.

In proprio non est tolerabilis ignorantia, dum lucrum intenditur; *leg. 14. tit. 29. part. 3.*

Juris ignorantia intercedente, non datur soluti repetitio, si fuerit facti, secus; *leg. 28. tit. 14. part. 5.* Quæ *verb.* Qui accusari &c. exposita reperitur, perlegatur. Ne despiciatur Gloss. D. Gregor. Lopez ad suprascriptas leges Partitur.

ILLEGITIMUS. Vide *verb. Filius.*

## IMAGINES.

## SUMMARIUM.

- 1 *In quo sit.*
- 2 *An & quomodo licitum sit Deum Sanctissimam Trinitatem, & Angelos depingere, ad n. 5.*
- 3 *An Catholica Ecclesia veritatem consentaneam sit Imagines Christi Domini, Beate Mariæ Virginis, & Sanctorum depingere, ad n. 7.*
- 4 *Quæ sint servanda circa Imagines quarcumque representandas, ad n. 12.*
- 5 *Quid requiratur, ut Imagines collocentur in ecclesiis, ad num. 14.*
- 6 *Quid permittitur vetitumve sit circa Imagines Sanctorum, qui à Sede Apostolica non sunt canonizati, vel beatificati, ad num. 22.*
- 7 *Sacrae Imagines an licite, & sancte collantur, & adoretur, ad num. 25.*
- 8 *An uno eodemque cultu omnes adorari queant, ad num. 27.*
- 9 *Imagines non adorantes, vel illas violantes, quibus panis sint afficiendi, ad num. 29.*
- 10 *Quid in lege tam veteri quam nova statutum sit de Imaginibus depingendis, & adorandis, ad numer. 35.*
- 11 *An & quando Imagines possint transferri ex uno in alium locum, ad num. 37.*
- 12 *Quid proprium sit circa Imagines SS. Francisci, Antonii de Padua, Augustini, Nicolai de Tolentino, &c. ad num. 39.*
- 13 *An possit ad alium Sanctum Imaginem concursus impedi, ad num. 41.*
- 14 *Quid cautum sit circa Imaginum picturas, oblationes eidem factas, ac processiones cum Imaginibus, ad num. 48.*
- 15 *Agitur de Imagine miraculosissima B. M. V. asserta in altari majori ecclesie Aracelitane Urbis, ad num. 54.*
- 16 *Subjunctur Supplementa Auctoris, ad num. 80.*
- 17 *Additiones ex aliena manu, ad num. 82.*

IMAGO proprie definitur figura picta, vel sculpta vere re-

præsentans aliud, cujus est Imago, quæ differt ab idolo, quod falsum quid repræsentat, ut imago chimæra. Licetum est in nova lege Deum, & Sanctissimam Trinitatem depingere, & repræsentare in forma corporea, & visibili, v. gr. Divinus Pater in forma Viri Senis, quia est antiquus dierum, & Principium aliarum Personarum: Divinus Filius in forma Viri Juvenis, quia est Filius Patris, & talis naturam humanam assumpsit: Spiritus Sanctus in forma Columbe, quia talis apparuit. *Communis Catholicorum* ex universali usu, & praxi ecclesie, & desumitur ex Sacra Scriptura, qua constat Deum ipsum hominibus apparuisse in forma corporea, & visibili. *Genes. 3.* apparuit Adæ tanquam homo deambulans ad auram post meridiem. *Genes. 18.* apparuit Abraham in specie trium Virorum. *Genes. 28.* Jacob vidit Deum in forma viri innoxium summis Scala. *Isaias cap. 8.* vidit Dominum sedentem super solium excelsum. *Daniel. cap. 6.* vidit Antiquum dierum in throno sedentem, capite, & crine canum, seu capillis albis, prout pingitur Dominus Pater, *Matth. 3.* apparuit Spiritus Sanctus in specie Columbe; unde *Nicolaus I. epist. 2.* sic ait: *Apparuit nempe Deus Abraham Patri nostro, non in carne, neque in anima, sed in specie trium Virorum. . . apparuit denique Jacob per subjectam creaturam speciem, unde & dixit: Vidi Dominum facie ad faciem, & salva anima mea. Ecce incorporeus Deus, & invisibilis per speciem subjectam creaturam ita se mortalium voluit videri obtutus, ut crediturus esset ad gratiam. Atque licite depingitur, & repræsentatur, quod revera gestum est; ergo si Deus ipse ita apparuit, ut ex tali forma corporea mentem hominis erigeret ad incorporea, & spiritalia apprehendenda, etiam nobis licitum erit id pia recordatione pictis, vel sculptis imaginibus imitari, repræsentare, & colere. Hæc autem assertio, quamvis sine temeritate negari jam non possit propter universalem ecclesie consuetudinem, tamen non est de fide, ut observat Bellarmin. *lib. 2. de sacris imaginibus cap. 8.* *Layman lib. 4. tract. 7. cap. 5. num. 2.* & alii; cum non tantum sit contra hereticos presertim Calvin. *lib. 1. instit. cap. 11.* sed etiam contra quosdam Catholicos, Durand. *in 3. dec. 9. quest. 2.* *Abulens. in cap. 4. Deuteron. 9. 5.* Henric. de Gandavo *quodlibet 10. quest. 2.* & alios dicentes, id non licere maxime ob periculum idololatriæ. Certissimum vero est non posse depingi Deum ad repræsentandam ejus veram naturam, formam, aut figuram. *Communissima omnium ex Trident. sess. 25. decret. de venerat. reliq. & cultu imaginum, ibi:* Non propterea divinitatem figurari, quati corporis oculis conspici, vel coloribus, aut figuris exprimi possit. Cum enim depingitur secundum modos supradictos, pingitur solum ad repræsentandam oculis historiam, secundum quam Deus in forma corporea, & visibili seipsum hominibus, ut supra pluries videndum ostendit, seu ad repræsentandam aliquam sui proprietatem, affectionem, operationem, vel mysticam significationem propter finem adductum sub numer. 2.*

Licitum etiam est Angelos depingi, vel sculpti in forma corporea visibili, & consueta in ecclesia catholica. *Communis Catholicorum* contra hæreticos, & ita docuerunt contra Iconoclastas Patres Concilii VII. Generalis *añ. 5. & 7.* & colligitur ex Sacra Scriptura, tum veteri, tum novi Testamenti, ubi non solum Angeli in tali forma sæpissime apparuisse referuntur, sed etiam in veteri Testamento Cherubini in forma corporea, & visibili ad arcam, in templo, ac alibi etiam ex auto erecti, & representati sunt; ergo recte á nobis etiam scis figurantur, depinguntur, & repræsentantur, ut mens nostra ex forma visibili, & similitudine sibi nota erigatur ad spiritalia, & incorporea facilius intelligenda, sicut docet Sanctus Dionysius Aroepag. *de Celesti Hierarchia c. 2. & 15.* Catholica fide tenendum est, recte depingi imagines Christi Domini, Beate Virginis Mariæ, & aliorum Sanctorum, tum memoriz, tum venerationis causa. Sic definitum est in secundo Nicæno Concilio contra Iconomachos, qui Judæos Samaritanos, Mahometanos imitanti, omnem imaginum cultum idololatriam dixerunt, ideoque eas flammis, & ferro addixerunt, & est etiam contra morder-



deros Calvinistas, eorumque successores omnem prorsus usum imaginum Christi, & Sanctorum etiam extra historiam eliminandas; Lutherani vero non prohibent usum imaginum Christi, & Sanctorum etiam extra historiam solum pro memoria, sed tantum prohibent, quoad cultum; e contra nos Catholici, & pro memoria, & pro cultu eas admittimus. Unde Concilium Trident. sess. 25. in decret. de invoc. & vener. & reliquis Sanctorum, & sacris imaginibus sic statuit, ut sequitur.

Imagines porro Christi, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum in templis præsertim habendas, & retinendas, eisque debitum honorem, & venerationem impertendam, non quod credatur inesse aliqua in iis Divinitas, vel virtus, propter quam sint colenda, vel quod ab eis aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant; sed quoniam honor, quæ eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræsentant; ita ut per imagines, quas oculamur, & coram quibus caput aperiemus, & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos, quorum ille similitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorum, præsertim vero secundæ Nicænæ Synodi decretis contra Imaginum oppugnatorez est sancitum. Illud vero diligenter doceant Episcopi, per historias misteriorum nostræ redemptionis picturis, vel aliis similitudinibus expressas, erudiri, & confirmari populum in articulis fidei commemorandis, & assidue recolendis: tum vero ex omnibus sacris imaginibus magnum fructum percipi: non solum quia admonetur populus beneficiorum, & numerum, quæ à Christo sibi collata sunt; sed etiam quia Dei per Sanctorum miracula, & salutaria exempla oculis fidelium subjiciuntur, ut pro illis Deo gratias agant, ad Sanctorumque imitationem, vitam, moreque suos component, excipienturque ad adorandum, ac diligendum Deum, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit, aut senserit, anathema sit. In has autem sanctas, & salutares observationes, si qui abusus irrepserint, eos prorsus aboleri Sancta Synodus vehementer præcipit, ita ut nullæ falsi dogmatis imagines, & rudibus periculosis erroribus occasionem præbentes statuatur. Quod nisi aliquando historias, & narrationes sacre scripturæ, sicut id indoctæ plebi expedit, exprimi, & figurari contigerit, doceatur populus non propterea Divinitatem figurari, quasi corporeis oculis conspici, vel coloribus, aut figuris exprimi possit. Omnis porro superstitio in Sanctorum invocatione, reliquiarum veneratione, & imaginum sacro usu tollatur; omnis turpis questus eliminetur; omnis denique lascivia vitetur, ita ut procaci venustate imagines non pingantur, nec ornentur.

Imagines D. N. J. C. & Deiparæ V. Mariæ, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctorum prohibentur sculpi, aut pingi cum habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis, seu alio modo in ecclesia catholica inconstituto, & jam sic sculptæ aut pictæ prohibentur teneri, & publico aspectui exponi, & mandantur ab ecclesiis, & aliis locis quibuslibet amoveri, & deleri. Et Regulares & Moniales parere negligentes possunt à locorum Ordinariis, & Legatis Apostolicis Juris remediis, & etiam censuris ecclesiasticis, & aliis eorum arbitrio ad observantiam cogi: Et quoad loci superiores etiam privationis officii, ac vocis activæ, & passivæ penis compelli. Sic expresse statuit Urban. VIII. 15. Martii 1642. constitutioni. Incipit. Sacrosancta Tridentina 163. Bullar. Cherubin. tomo 5.

Inago Christi non est representanda in agno, sed in figura, cap. Sextam Synodum dist. 3. de consecration. ibi: "Sextam Synodum recipio cum omnibus Canonibus suis, in quibus dicitur: In quibus picturis Sanctorum imaginum agnus Præcursoris digito ostensus depingitur, qui in figuram gratiæ transit verum nobis per legem Moysi demonstrans Agnum Jesum Christum Dominum nostrum: Antiquis ergo figuris, & umbris ad veritatis præfigurationem Sanctæ Ecclesiæ traditis valdecentes, gratiam, & veritatem præferimus, & sic plenitudinem Legis recipimus: Verum igitur agnum Dominum nostrum Jesum Christum secundum imaginem humanam

modo etiam imaginibus pro veteri agno depingi jubemus." Vide infra num. 58. & 71.

Imagines Sanctorum non sunt pingenda habente profano, vel indecentem, aut inhonestatem præferente, & Ordinarii judicant in hoc etiam exempto. Urban. VIII. citat. constituit. Sacro Sancta Tridentina. Imagines Sanctorum non sunt pingenda cum procaci venustate. Concil. Senonens. in decr. moral. cap. 40. Concil. Mediolanens. I. part. 1. tit. Quo servanda sunt de sacris imaginibus n. 15. Concil. Mogunt. c. 41. num. 2. Concil. Trid. sess. 25. in decret. de invoc. Sancti. de sacris imaginibus. Imagines lascivæ in Ecclesiis non sunt tolleranda. Concil. Senonens. loc. cit. Concil. Moguntin. loc. cit. Imagines Sacre pingi non possunt in ecclesia inconsulto parochi. Conc. Senon. in decretis moralium c. 40. Conc. Med. I. tit. Quo servanda sunt de sacris imaginibus. De novo sunt collocanda imagines in ecclesiis, nisi ex probatione Episcopi nec etiam in ecclesiis exemptis exponi possint sine Episc. approbatione. Concil. Mediolan. I. tit. Quo servanda sunt de sacris imaginibus.

Imagines Sanctorum, qui à S. Sede Apostolica non sunt canonizati, vel beaticati, non possunt pingi cum radiis, & splendoribus, nec aliud quod cultum indicet, aut repræsentet, potest illis tribui. Urban. VIII. const. 37. incip. Sanctissimus. Imagines præfatas sic pingentes ab Episcopo, & Inquisitore sunt judicandi, & quas pomas incurras ibidem §. 7. Imagines istorum hominum, si ad ecclesiæ defensionem, in loco secreto debent teneri, donec à Sede Apostolica super illis fuerit aliquid constitutum. Urbanus VIII. ib. Eadem confirmat idem Urbanus VIII. in constit. 22. (in appendice) incip. Coelestis; ubi iterum prohibet, ne pingantur, aut teneantur in publicis aut privatis locis cum splendoribus, radiis, aut aliis sanctitatis signis, imagines quorumcumque etiam cum opinione sanctitatis mortuorum, si à Sancta Sede Apostolica non sint canonizati, vel beaticati. (Convenit lex 66. tit. 4. p. 1. Vide art. 2. verb. Papa n. 57.)

Tolerari non debet, quod in locis publicis, & sordidis stent depictæ diverse cruces, ac Sanctorum imagines in derisum christiana religionis. Sacr. Congr. Rit. 22. Maji 1596. In choro teneri non debent aliæ imagines, quam Sanctorum, Sacr. Congr. Rit. 7. Augusti 1609. Imagines illorum, qui cum sanctitatis seu martyrii fama decesserunt, non sunt apponenda in oratoriis, vel ecclesiis, tam secularibus, quam regularibus antequam declarantur Beati, neque ad eorum sepulcra accendenda sunt lampades, aut tabellæ affigenda sine licentia Sedis Apostolicæ: Sacr. Rituum Congr. 13. Martii 1625. Urban. VIII. Constituit 22. incip. Coelestis Jerusalem. Non ideo tamen præjudicandum erit in aliquo illis, qui aut per communem ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarii coluntur: Sacr. Congr. Rit. eadem die 13. Martii 1625. Urban. VIII. in dict. constit. incip. Coelestis Jerusalem. (Vid. add. hisp. verb. Crux, & verb. Immunitas ecclesiastica, per tot.)

Sacrae Imagines Dei, Christi, Angelorum, & Sanctorum licite, & sancte coluntur, & adorantur; Communissima inter Catholicos. Quamvis enim ut notat Arriaga tit. 6. disp. 5. Viva ad proposit. 25. damnat. ab Alexandro VIII. sub n. 1. & alii, nihil hæcenus definitum sit expresse in Conciliis de imaginibus Dei, merito tamen ab Alexandro VIII. die 24. Aug. 1690. fuit damnata sequens propositio 25. in ordine: Dei Patris sedentis Simulacrum nefas est christiano in templo collocare. Et jam hoc licitum esse, nec posse sine temeritate negari propter universalem ecclesiæ consuetudinem, fuit dictum supra num. 2. & 3. Quoad Imagines Angelorum eas habendas, & venerandas esse, fuit contra quasdam hæreticos expresse definitum in septima Generali Synodo a. 7. Quod autem imagines Christi, Deiparæ, & Sanctorum sint colenda, & adoranda, fuit expresse definitum in variis Conciliis infra citandis, & præsertim in Tridentino sess. 25. in decreto de invocation. venerat. & reliquis, & sacris imaginibus, ubi: Imagines porro Christi, Deiparæ, & aliorum Sanctorum, in templis præsertim habendas, & retinendas, eisque debitum honorem ac

enerationem impertendam. Et Sacr. Congr. Rit. 17. Apr. 1602. expresse decrevit, non esse impediendam devotionem ad imagines sanctas. Et Gregorius XIII. in constituit, 33. tom. 2. Bullar. præscribendo formam processionis fidei Græcis §. 15. sic fieri mandat: Firmissime avertit; imagines Christi, ac Deiparæ temper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse; atque eis debitum honorem, ac venerationem impertendam. Et hoc probatur ex sacra scriptura: Exodi enim 25. erecti sunt duo Cherubim super Arcam Testamenti. Num. cap. 21. jussu Dei erectus est in subline serpens æneus. Has imagines, seu sacra signa honorata esse, & honorari debuisse constat ex regula S. Augustini l. 3. de doctrina christiana c. 9. dicentis; signa utilia divinitus instituta honoranda esse, quia honor eorum ad prototypum transit; atqui imagines ille Cherubim, & Serpens fuerunt quum maxime utiles, & divinitus institute, ut sacra scriptura testatur, ergo fuerunt honoranda, & de facto honorata. Hinc sicut venerari imagines Angelorum, cur non etiam Sanctorum? Si sicut venerari Christum in imagine serpentes (serpens enim ille æreus fuit figura Christi ipsomet Christo restante Joân. 3. sicut exaltavit Moyses serpentiem &c.) debet potius licere venerari imaginem Christi in forma propria hominis.

Ostenditur etiam efficaci ratione. Homo dignus est veneratione, quia est imago Dei, juxta illud S. Cyrilli Caesariensis 12. Imago ligna terreni regis honoratur, quanto magis rationalis imago Dei? & ceteræ imagines Dei, Christi, & Sanctorum veneratione dignæ sunt: quod enim unum imaginum convenit, quia imago est, omnibus imaginibus, quia imagines sunt, convenire debet. Tum quia imago regis est venerabilis cultu civili, ergo etiam imagines Dei, Christi, & Sanctorum debent esse venerabiles cultu aliquo religioso competente suis prototypis. Tum etiam quia imagines capaces sunt injuriæ, & contumeliæ, & cavet quis imaginem regis injuriæ, & contumelia afficere, ergo a contrario sunt etiam capaces honoris, & cultus.

Imagines quæcumque nequeunt coli, & adorari cultu, vel adoratione absoluta propter se ipsas, quasi credatur inesse in ipsis aliqua divinitas, vel virtus, propter quam sint colenda, sed solum possunt, & debent coli, & adorari cultu, vel adoratione respectiva, propter respectum nempe ad sua prototypa: c. Prælatum 26. dist. 3. de consecrat. Greg. I. lib. 9. reg. epist. 9. Greg. II. epist. 10. & dist. 12. Concil. Senonens. cap. 4. & clare explicat, & definit Concilium Tridentinum sess. 25. loc. citat. Ibi: "Imagines porro Christi, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum, in templis præsertim habendas, & retinendas, eisque debitum honorem, & venerationem impertendam; non quod credatur inesse aliqua in iis divinitas vel virtus, propter quam sint colenda: vel quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à gentibus, quæ in idolis spem suam collocabant, sed quoniam honor, quæ eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illa repræsentant, ita ut per imagines, quas oculamur, & coram quibus caput aperiemus, & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos, quorum ille similitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorum, præsertim vero Secundæ Nicænæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatorez est sancitum." Hinc imagines Sanctorum coluntur, & venerantur cultu Dulci respectivo, imagines B. Mariæ Virginis cultu Hyperdulci respectivo, imagines Dei, & Christi, ejus crux, sudarium, clavi, spine, & hujusmodi cum suis imaginibus, cultu Latrice respectivo: Communis Catholicorum.

Imagines non adorantes sunt Hæretici, & anathema est contrarium dicens Concil. Roman. III. sub Greg. II. Concil. Nicen. II. adion. 2. Idem ad. 4. 5. & 7. in quibus fere idem repetitur, Concil. Constantiens. in constit. Martini V. circa medium: Concil. Magunt. IV. c. 4. t. Concil. Tridentina. sess. 25. in citato decreto. Imagines Sanctorum non sunt violandas: Violantes, vel prostermentes imaginem Crucis, B.M.V. vel Sanctorum graviter sunt puniendi: cap. Prælatum 26. d. 3. de consecrat. c. Si Canonici, de offic. Ordinarii in 6. Imaginum usus est

maximæ necessitatis, & utilitatis in ecclesia. Gregorius II. epist. 12. Concil. Senonens. c. 14. Concil. Mogunt. IV. c. 42. Concil. Trid. sess. 25. in dict. decreto. (Vid. ad. no. vis. hisp. lib. B. pag. 305. incip. Cum animadverterem: usque ad vers. Error.)

Imagines etiam in veteri lege fieri solite erant, & adoratae erant: Adrian. I. epist. 1. & 2. Nicolaus I. epist. 2. Et in lege nova fuerunt imagines in usu usque à tempore Apostolorum, & in Concilio Antiocheno tempore eorundem celebrato, eadem B. statum fuit imaginum Sanctorum esse depingendas, & adorandas. Sic refert Gonzal. in Decretal. in apparatu de origin. & progressu. Juris Canon. fol. 17. n. 30. Card. Petra tom. 1. comment. ad constit. Innocentii II. m. 33. Et Adrianus I. epist. 12. sic expresse dicit: Nisi & ipse Apostolus B. Petrus, qui Apostolicæ Sedis primus præsedivit: Et ipse quæque res contulit, & tradidit divino jussu successoribus Pontificibus, quorum traditione Christi rectam effigiem, Sanctique ejus Genitricis Apostolorumque, vel omnium Sanctorum venerantur imagines. Unde primi Christiani imaginem Apostolorum fieri sibi curabant, ut testatur D. Gregorius epist. 1. ad Leonem Imperatorem. Card. Petra loc. cit. n. 34.

Hæretici autem adducunt varios sacre scripturæ textus, quibus præcedunt prohiberi omnes imagines: Exodi 20. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in Cælo, de super, & quæ in terra, deorsum, aut eorum; quæ sunt in aquis sub terra; non adorabis ea, neque coleris. Levit. 26. Non facietis tibi idolum, ut adoretis. Isai. 40. Cui similem facietis Deum, aut quam imaginem ponetis ei?

Respondetur tamen cum communis Doctorum, quod in adductis scripturæ locis solum prohibebatur, ne fierent simulacra, aut imagines, quæ cultu Latrice instar Deorum adorarentur, ut faciebant Gentiles, unde in textu Exod. 20. ut supra patet, statim subjungitur: Non adorabis ea, neque coleris. Non vero prohibebantur absolute prorsus imagines, aut sculptilia: Et clare patet ex eo, quod ipsemet Deus præcepit Moysi, ut construeret Imagines duorum Cherubin aureorum, Exod. 25. & ut faceret serpente æneum, Num. cap. 21. Et Salomon posuit in templo Hierosolymitano duos Cherubim, 3. Reg. 6. Tum quia dato etiam quod per citatos textus fuerint in veteri lege absolute prohibita omnes imagines, aut sculptilia, hoc fuit ob nimiam, & præviam inclinationem Hebræorum ad idolatriam: Unde illud præceptum, ut potius mere positivum, & cæremionale cessavit in lege nova; cessante enim tali periculo, cessavit tale præceptum, quia cessante ratione, & causa legis, cessat lex seu obligatio ipsa, leg. Adigere §. 2. ff. de jur. patron. Sic Card. Petra loc. cit. n. 43. Viva à propositioni. 25. Alexand. V. III. n. 13. Spoter tom. 1. tract. 2. in 4. præcept. Decalog. c. 8. sed. 4. num. 31. (Vid. leg. 30. §. 51. tit. 18. p. 2.)

Imaginis translatio ex uno loco ecclesiæ ad alium locum ejusdem ecclesiæ non habet locum: Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 7. de reformat. Sacr. Congr. Concil. in Burgi S. Domini 4. Dec. 1632. apud Barbos. in Summa Apostolicæ del. verb. Imago n. 1. Imagines devote non possunt ex una in aliam ecclesiam transferri sine beneplacito apostolico; si sine tali beneplacito sit jam facta translatio, non sustinetur, nec est approbanda: S. C. C. in Nativitas Fœderis 31. Julii 1706. apud Card. Petram tom. 5. comment. ad constit. 5. Pauli II. n. 30.

Inscriptiones omnes imaginum S. Francisci, & Antonii de Padua, in quibus dicitur formam habebis, & depicti sunt, esse eandem, qua ipsi usi fuerunt, vel in quibus assertur in hoc, vel illo ordine S. Francisci esse veram, legitimam, & non interruptam ejusdem S. Patris in filios successorem, inhærendo decreto aliis edito die 20. Junii 1638. prohibentur Romæ 20. Nov. 1663. Sic mandavit decerni Alexander VII. & inseri, seu apponi in indice librorum prohibitorum, ut de facto reperitur, ibi verb. Inscriptiones. Suspensurunt quoque, & prohibentur imagines S. Augustini, Sancti Nicolai de Tolentino, & aliorum Sanctorum ejusdem ordinis impressæ, & depictæ à Fratribus dicalceatis Augustinianis in eorum habitu, prout in decreto Sacr. Rit. Congr. edito die 16. Dec. 1637. quod ab Urban. VIII. fuit approbatum, & confir-



matum 23. Jan. 1638. const. incip. Exponi Nobis la 240. tom. 5. Bullarii.

38 Non debet ad quamcumque sanctam imaginem imperdiri concursus: Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Taurinensi* 30. Julii 1620. Modo non publicetur miracula prius non approbata: Ead. Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Feretrana* 15. Sept. 1603. & in *Trevicana* 22. Decembris 1621.

40 Si imagines publicentur miraculose absque interventu Ordinarum, ipse debet eas claudere, informationes capere, Romamque transmittere: Ead. Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Mutinesi* 6. Octob. 1617. Administratio oblationum imagini factarum intrus aliquam parochiam, etiam Regularium ecclesienti, spectat ad Ordinarium, qui eas erogabit in ecclesia inibi edificanda, & in alios pius usus: Ead. Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Perusina* 20. Sept. 1605.

42 Urbanus VIII. comburi iussit imaginem cum tribus buccis, tribus nasibus, & quatuor oculis, & aliis, si que inventur similes; hęc enim nova inventio representandi Sanctissimam Trinitatem tolerabilis non videtur: In *Mediolanensi* 11. Aug. 1628. apud Nicol. in *Florentis* verb. Imago n. 6. Translatio imaginis non miraculose private est faciendi: Sac. Congr. Episcop. & Regul. in *Perusina* 17. Nov. 1617.

44 Imago Beati Petri pingitur cum radiis tantum, Canonizati vero cum diademate circa caput, ut inter eos appareat differentia: sic ex aliis *Pignatelli*. tom. 1. consulti. 25. num. 1.

45 In altari, in quo exponitur SS. Sacramentum pro oratione 40. horarum, cooperi debet quęcumque imago, aut statua ibi existens; sicuti etiam parietes tribune altari vicinę, si non habeant ornamenta fixa, tegi debent pannis: ad apparatus nullum continere debet historiam, aut rem profanam. Super altare non sunt ponende Sanctorum reliquię, aut eorumdem statuae, exceptis tamen statuis Angelorum figurarum, seu vicem candelaborum facientibus. Multominus ponende sunt figurę Animarum purgatorii quocumque materia factę, & hoc prohibetur etiam in omnibus expositionibus particularibus, & etiam in illis, quę aliquando fiunt pro suffragio dictarum Animarum: sic Clemen. XI. & XII. in *instructioe observanda pro oratione continua* 40. horarum cum expositione SS. Sacramenti §. 2. allata sub verb. Eucharistia in fine.

46 An imago, & statua Beate M. Virginis, ac aliorum Sanctorum deferri possint in processionebus cum Baldachino, & intorticiis? Vide verb. Processiones n. 37. & 38. Hic juvat afferre brevit. historiam miraculosissime Imaginis B. M. in altari majori ecclesie nostri Aracelitani Urbis conventus magnificentissime, & religiosissime asservatę: hęc enim prodigiosissima Marię Virginis Imago sublevantis, & Filii sui D. N. J. C. mortem plangentis speciem præferens fuit à S. Luca Evangelista depicta, ut ex multis tradunt annales Minorum Wadingi novissime Romę reimpressi tom. 3. fol. 258. n. 46. & 47.

47 Et eadem est, quam S. Gregorius Magnus in publica supplicatione derulit in magna mortalitate, quę Romam adeo vehementi pestilentia lanxavit, ut etiam corporali visu sagittę coelius venire, & singulos quosque percute-re viderentur. In illa namque processione hac sacra Imago deportata, ecce tota aeris turbulencia cedebat Imagini, ac si ipsam Imaginem fugeret, & ejus præsentiam nullatenus ferre posset; sicque post Imaginem mira serenitas & aeris puritas remanebat. Tunc mirę voces in aere cantantium, & dicentium: *Regina cali letare, alleluja. Quia quem meruisti portare, alleluja, resurrexit, sicut dixit, alleluja*, juxta Imaginem sunt audite. Statim autem Beatus Gregorius, id, quod sequitur, adjunxit: *Ora pro nobis Deum, alleluja*. Post hęc Beatus Gregorius vidit supra castellum Crescentii Angelum, qui revocabat in vaginam gladium crenatum, ex quo intellexit, quod pestis illa cessasset, & sic factum est. Et ideo illud Castrium, Castrum S. Angeli deinceps est vocatum, & ipse Angelus cum gladio in vagina sculptus in lapide mirę magnitudinis ab illo tempore in antea mansit in cacumine dei Castri, inde tamen dejectus sinistrante fortuna per icthum machinę, obsidionis tempore per Romanos.

Est etiam ad memoriam revocandum ad plenam fidem omnium prædictorum, quod in Castri cacumine prælibata capella erat pulcherrima ad honorem Archangeli Michaelis constructa per dominum recol. mem. Nicol. Papam III. de domo Ursinorum, & erat ibi indulgentia singularis. Item in prædicta capella erat depicta tota forma, & historia hujus processions, & litanię, hujus Imaginis gloriosę, & sic scriptum in Imagine legabatur: *Hęc est sacra Imago Ecclesie Aracelitani*. Hęc etiam eadem historia, & forma processions depicta est in quadam capella, quę dicitur studium S. Gregorii, in appendicio ecclesie S. Joannis Lateranensis. Item tempore magnę mortalitatis, quę fuit anno Dom. 1388. incepit occupare Romam in principio mensis Junii, & per totum mensem Augusti in suo robore perduravit, fuit per Urbem hęc sacra Imago cum aliis reliquiis honorifice, & devotissime deportata, & dum applicuit ad portam Sancti Petri, ille Angelus marmorosus existens in cacumine exhibendo reverentiam huic Imagini se pluries inclinavit. Quod miraculum ultra sexaginta digni fide, tactis sacrosanctis, se hoc vidisse oculis corporeis affirmabant, clamantes Imagini *misericordiam* vocibus elatis &c. Sic ad literam cum pluribus aliis in supradictis annalibus se quidam tabula vetusta refecta anno MDLXII. totam rei seriem referente, & palam appensa ad rei confirmationem, & plenam omnium notitiam.

In perenne testimonium sic insignis miraculis ab ista prodigiosa Imagine patati, & in perpetuum memoriam, & gratiarum actionem tanti beneficii ab ipsa recepti, quotiescumque ad supplicationes publicas transeundum esse per molis Adriani, seu pontem S. Angeli, hujus miraculi locum, religiosi Aracelitani conventus semper, & soli cantant supradictam Antiphonam *Regina cali letare &c.* ab Angelis ibi cantantibus citati annales tom. 3. fol. 261. n. 50. Alia ad rem, vide verb. Veneratio Sanctorum.

\* Imagines Deum representantes sub ea forma, qua ipse hominibus apparuit, licite sunt: Benedictus XIV. tom. 1. constituit. 147. incip. Sollicitudini §. 12. & seq. Imagines Sanctissimam Trinitatem representantes sub certis formis licite sunt, nempe quę Deum Patrem continent in forma hominis senis, in cuius sinu Christus, & inter utrumque Spiritus Sanctus in forma columbe, vel imagines, in quibus seorsim Deus Pater in forma hominis senis, & seorsim Christus, sed propinqui ambo, & inter utrumque Spiritus Sanctus in forma columbe: idem ibi, §. 25. 32. & 36.

Pingi etiam potest Pater solus, seorsim ab aliis personis: Item Æternus Filius, seorsim à Patre, & Spiritu Sancto, & etiam sub forma agni. Item Spiritus Sanctus, vel tamquam de celo descendens die Pentecostes in figuram linguarum ignis, vel aliis in columbe specie seorsim pariter ab aliis Divinis Personis. Non tamen Spiritus Sanctus seorsim à duabus aliis Personis humana specie, seu viri, seu juvenis depingi potest: Idem ibi, §. 36.

Non licet Sanctissimam Trinitatem pingere in utero B. M. V. Idem §. 27. Nec sub figura hominis tricipitis: Idem ibi, §. 28. An autem sub figura trium hominum æqualium, & similium, disputatur: Idem §. 29. Imagines Divinam Personam representantes sub alia forma, quam quę ab eadem assumpta fuerit tolerari non debent: Idem ibi, §. 22.

Imagines æterni Patris permixtę, & approbate sunt, ut pingatur solus, tamquam ambulans, & loquens in paradiso auditus ab Adamo. Item, ut innixus mysticę scabellę visus est Jacob, seu ut miro modo conspiciendum se præbuit Moysi, seu ut Isaac tamquam Rex in solio sedens, seu ut Daniell, veluti senex albo vestimento amictus: Idem ibi, §. 36.

Imagines æterni Filii permixtę, & approbate sunt, ut pingatur solus, ut cum hominibus in diebus carnis suę conversus est, atque etiam postquam à mortuis resurrexit non semel Apostolis, aliisque manifestus apparuit. Item sub humana forma cruci affixus, & mortuus: Item in forma agni: Idem ibi, §. 32. & 36.

Imagines Spiritus Sancti permixtę, & approbate sunt, ut pingatur in forma columbe: Idem ibi, §. 16. ad 20. & §. 36. Item in figura linguarum ignis, ubi reprę-

sentatur mysterium Pentecostes: Idem ibi, §. 21. & 36. Imagines autem Spiritus Sancti sub humana juvenis forma damnantur, & reprobantur, ac removeri jubentur: Idem ibi, §. 10. 23. 33. 36. & 37.

Imagines insolite, & errori occasionem præbentes damnantur, & prohibentur: Idem ibi, §. 23. Imagines Servorum Dei, quorum cultus ab ecclesia non est approbatus publice distribui, & venerari non licet: Idem ibi, §. 41. Imagines Beatorum non ubique publicę venerationi exponi possunt: Idem constit. 108. incipit. Quoniam §. 10.

Imagines plurium Sanctorum apponi possunt super altari, in quo sacrum peragitur: Idem tom. 2. constituit. 17. incip. Acceptimus.

Placet hic subnectere, quę de significatione symbolorum, quibus pingi solet imago S. Antonii Abbatis, profert eruditiss. Card. de Lambert. postea Benedictus XIV. Instit. Eccles. 47. ad num. 5. ad 8. ubi sequentia adducit.

Effigies S. Antonii variis symbolis distingui solet; ignem, & porcum ad pedes jacentem habet; librum cum baculo dextra manu gerit, tintinnabulum sinistra: Thau quoque super vestem depingitur.

Quid hæc significant, varia scriptores proderunt, inter quos P. Menochius nelle *fuore parte* 2. c. 25. Sarnellius in *epist. ecclesiast.* tom. 3. lit. 6. & fufius P. Theophilus Raynaudus tom. 8. in eo libro, qui inscribitur: *Symbola Sancti Antonii*.

Molanus l. 3. de *Imaginibus*, suam ad pedes Antonii jacentem hoc pacto interpretatur, quod illius patrocinio bruta sanitatem consequuntur: *Tabu salutis indicium esse ex sacris literis deprehendimus.* (Ezech. cap. 9. v. 6.) *Omnes autem super quem videritis Thau, ne occidatis.* Nos quidem S. Antonii patrocinium non infirmiarum pro his brutis, quę vite alenda, commodoque mortalium inserviunt; hæc tamen per effigiem porci nobis declarari minime existimamus: nam si *ideorum* (ait P. Theophilus Raynaudus l. superius allato, §. 8. Tamdem) appingitur S. Antonio porcus, quia sospitatem exorat brutis, cur potius ei appingitur porcus, quam asinus, aut equus, & paulo post: *Cur igitur sus, quam aliud quoddam brutum, B. Antonio appingatur, agere assignari potest valida ratio, si sistamus in præsidio, quod brutis à S. Antonio suppeditis; cujuscumque enim generis bruta Beato huic coelitis sospitatori commendari ex usu est, & eventus felix sæpe nota secundat.*

Itaque sententiam suam his verbis exprimit: *Existimari vero non minus commode, symbolo illo porci jacentis ad Sancti Viri pedes insinuari triplex genus porcorum hominum ab eo domitorum, ac postoratorum; ethnicos dico, & hæreticos, ac voluptarios christianorum.* Aliqui (P. Ajala l. *Pictor Christianus*, l. 5. cap. 4. num. 7.) putaverunt matrem ægyptium porco similem ad pedes S. Antonii appingi consuevisse, ut Antonium ægyptium à reliquis omnibus secernerent. Hinc paulatim usus obtinuit, ut loco muris ægyptii imago suis sufficeretur. Hęc præcise laudatus Pontifex.

Subdunt ad rem eruditissimi Bollandistę tom. 2. in *legenda* ipsius Sancti ad diem 17. Jan. quod appingi, seu sculpi etiam solet Nola, & ecclesia: hæc eue prima domus, seu ecclesie antonianę imago: illa quia à nullis elemosynarię domus, seu ecclesie (id est ecclesie S. Marię, quę de elemosyna dicebatur) Antonianis ad colligendam stipem concursantibus deferri in adventus sui signum cum reliquis soliti; cum baculo insuper ob baculum ad *Potentie*, vel signi Thau modum, & figuram à Sancto ipso cuidam Gastoni Provincia Viennensis in Gallia viri nobilissimo ac opulentissimo in magna arborem succrescentem in visione præstentum, ad ei indicandum, fore ab se, suisque sociis, atque alumnis in posterum miseris igneo morbo, sacroque igne perustos, ac mutilatos, atque egestate pressos omnimode sustentandos; seu, ut in *vita S. Pauli* dicitur, senex infirmos artus baculo regente sustentans: quæ verba peregre proficiscentem indicant, aut certe ideo apposita, quod baculum Monachi gestare solerent, ut tradidit Casianus l. 1. *Institution.* c. 9. & ita baculo innixus pingi solet S. Antonius. Sic ex laudatis Bollandistis l. c. Vide ibi, ubi multa scitu dignissima. Hinc facta colligitur, quare ei appingatur signum Thau & ignis, tum ex hic adductis,

tum ex allato textu *Ezechieli* c. 6. n. 4. & 6. tum ex traditis à nobis tom. 6. sub verb. Religiones Regulares. art. 3. n. 27. vide ibi.\*

¶ Sollicitudo sacrarum imaginum præcipue spectat ad Episcopum. Atque hinc est, quod citra Episcopi consensum haud licet pingere, aut insculpere in ecclesia insolitam aliquam imaginem, vel eam exponere. Non licet transferre sacras imagines, ac reliquias, Episcopo invito, vel contradicente Rectore ecclesie, vel Patrono: maxime si fuerint ecclesie domatę ad conservandam memoriam donantis: Vide Rota in *Uratislaviensi*. *Translationis imaginis* 98 17. Mart. 1738. cor. clar. memor. Calcagnin. 3.

IMMUNDITIA. Vide verb. Gula num. 27. & verb. Luxuria num. 36.

IMMUNITAS ECCLESIASTICA & Ecclesiarum.

ARTICULUS I.

Immunitas quoad ea, quę concernunt ejus naturam, divisionem, & jus, à quo provenit.

SUMMARIUM.

1. IMMUNITAS unde dicitur.
2. Immunitas ecclesiastica. & immunitas ecclesiarum quamvis passim pro eodem sumantur, tamen proprie, & rigorose non sunt idem.
3. Affertur ratio.
4. Affertur aprior Immunitatis definitio.
5. Talis definitio competi omni membro definit.
6. Immunitas sic descripta recte dividitur in localem, realem, personalem, & que sit qualibet.
7. Immunitas realis & personalis est de jure divino.
8. Immunitas localis ecclesiarum, seu privilegium Asylis non competit ecclesiis, aliisque piis locis de jure naturali, & divino, sed solum de jure humano, civili, & canonico.
9. Affertur objectio.
10. In lege evangelica non habetur aliquod Jus positivum, sive scriptum, sive traditum decernens talem Immunitatem.
11. Contraria sententia est probabilis.
12. Satisfit rationi sententia contraria.
13. Affertur alia ratio corroborativa nostre sententię, & confirmativa contrarię.
14. Addit. ex aliena manu, ad num. 30.

IMMUNITAS derivatur à verbo *munus*, quod licet generatim captum tria significet, scilicet *donum*, *officium cum onere*, & *onus sine honore*; proprie tamen sumptum, solum tertium significatum importat, scilicet onus sine honore, seu onus, functionem, & obligationem alicui impositam, sive lege, aut more ei incumbentem: leges *Munus* proprie 214. ff. de *verbor. significat.* ibi: *Munus proprie est quod necessario obimus lege, more, imperiove ejus, qui jubendi habet potestatem.* Unde qui in tali onere, aut obligatione liber, aut exemptus est, immunitate gaudere dicitur: lib. *Munus* 18. & ibi *gloss. verb. Onus*, & verb. *Officium*, ff. de *V. S.* & leg. 1. ff. de *jure Immunitatis*.

(Siquis suprapositam muneris descriptionem, vim ejus atque efficaciam agnoscere voluerit, perlegere non recuset 2. part. decisiones: postquam de Imperatorum Regumque potestate, ac etiam de eorum versus subditos obligationibus agitur; referre non omnium horum debitum circa illos, locumque eorum tenentes, tam belli quam tempore pacis. Si totum opus percurreris, non dubito per extensum omnia invenies. *Liter.* A ex pag. 284. ad 290. presentim in *addit. novis. hispan.* & lit. D pag. 96. & 112. inquirere cura.)

Immunitas ecclesiastica, & immunitas ecclesiarum, quamvis passim à plurimis pro eodem sumantur, & uni-